



8 1124.

17.02.4.

DE DUBIIS JURA- MENTORUM FOR- MULIS,

Ex Principiis Juris Naturæ

SUB PRÆSIDIO

DN. SAMUELIS FRIDERICI

WILLENBERG/

J. U. D. Ejusdem ac Historiar. Prof. Publ.

& Athenæi Inspectoris,

Fautoris & Studiorum Promotoris æternum
colendi

ad d. III. Aug. A. O. R. M. DCCII. Hor. X.

In

Auditorio Anatomico

differet

GOTTLIEBUS SCHELGUIGIUS,
Gedanensis.

GEDANI,

Typis JOHANNIS ZACHARIAE STOLLII.
VII.

A 211

80

DIBIS HIR

MENITORUM HOR

NITIS

LEIDEN IN HAMBURG

WAB ALTE TÄTDE

IN SAMMELSTUDIEN

ALBRECHT

LEIDEN IN HAMBURG

WAB ALTE TÄTDE

LEIDEN IN HAMBURG

WAB

WAB ALTE TÄTDE

GOTTLOB SCHETZIGUS

GEDENU

JOHANN SCHAARAE STOLTI

Q. D. B. V.

Disputatio de dubiis Juramentorum formulis.

I.

Si veritas in omnium ore, & apud omnes esset fides *Veritas ac si-*
sincera, nunquam suspicari contrarium aut dubius *desjuramen-*
tarare de dictis & factis liceret, neq; cautione aut in *firmatur,*
securitatem nostram ullo remedio opus foret,
sed omnia inconcussa starent, ac ex voto omnia
cederent. Verum malitia hominum insurgente, adeò de-
pravata est hæc felicitas, ut ob fallendi studium, quod im-
probi in gloriam vertunt, nunquam certi simus de nobis pro-
missis, quin, quod res postulat, semper contrarium cogitare;
prudentiae argumentum occurrat. Unde non mirum, qui
certiores esse volumus de asserta veritate, deque data fide, ut
Vinculis constringamus eum, qui nobiscum agit. Atque ex
illis etiam juramentum est, per quod ad Deum rerum omni-
um conscientium provocamus, coque teste ac judice obscura ex-
plicamus.

II. Dictum Juramentum volunt à verbo *Juro* & voca *Erymologia*
bulo mentem suam, quod mente exhibita quis juret. Vid. vocū Jura-
*Vorstius de lingua suspect. c. 22. Valla. L. 6. Eleg. c. 37. Idemq; *mentem* &
*definitur: quod sit religiosa rei; aliquid asseveratio, in cuius *realia eius de-**
majorem fidem Deus ipse ut ultor ac vindicta perfidiae invo-
*catur.**

III. Licitum esse usum juramentorum ac salva conscientia *Anjurare li-*
tia jurari posse, multis veritatis argumentis evincitur. Tan-
tum quod ad proximi periclitantis salutem istud vergat, & ad
decisionem litium ac controversiarum faciat, ex his sufficeret
posset. Verum in primis justitiae ejus manifestat, quod cum
Numinis Divini veneratione praestetur ac ad confirmationem
fidei & veritatis pertineat. Genes. 24. v. 3. Exod. 22. v. 11.

A 2

ad

DISPUTATIO DE DUBIIS

2

ad Philipp. 1. v. 8. ad Hebr. 6. v. 16. Apocal. 10. v. 6. Ac ne uitiam impugnat eandem Salvator, quando apud Matth. V. v. 34. inquit: *Ego vero dico vobis ne jurate omnino* siquidem ibi corruptelas Judæorum, adversus præceptum de non pejorando Levit. 19. v. 12. inductas, quibus non erat religioni temerari & ex levi causa jurare, reprehendit, ac illud interpretatur ne in cassum sive in vanum omnino juretur, non menque Divinum temerario eorum juramento debonestetur Gerhard. Loc. Theol. Tom. 3. de Lege moral. §. 116. seqq. Nec Jacobus in totum juramentum prohibet Epist. cap. 5. 12. sed tantum ne sine discriminè humanis negotiis juramenta misceamus, cum multa indigniora sint, quam quibus mentio Divini Numinis addatur. Ofiander. Theol. Casual. P. 2 c. 2. p. 1020.

An verbis o-

pau ad jura-
mentum,

IV. Mente sufficiat jurasse an verbis sit opus distinctione expediri potest inter respectum ad Deum & respectum ad homines. Quoad Deum & in foro conscientiæ sola mentis oratione sufficit, quia juramentum in invocatione Nominis Divini consistit, quæ omnium perfectissimè mente peragitur, quam Deus inspicit, qui cordium iurator est c. 11. Di- finit. 32. Ob homines rursus discriminem jurium habendum, ita tamen ut ubique externa aliqua mentis declaratione opus sit. Evidem Jus Gentium ad juramentum præcisè verba non requirit, sed & aliud æquipollens signum, quo animi conceptus significantur, admittit. Nam cum multa intervenire possunt, quæ sermonem vel impediunt, ut absentia, vel eveniem etiam inter præsentes ex certa ratione vetant, non potest non scriptura, aut aliud simile Symbolum sufficere. Ser. de Juram. L. 3. c. 9. n. 2. Hillig. ad Donell. L. 24. c. 13. ff. B. in f. Jure positivo verba ad delationem juramenti requiruntur, eo quod juramentum non proprio ausu, sed ad specialem delationem præstandum sit L. 5. §. 11. L. 31. ff. de Ju- rejur. quæ verba præsupponit, ut de animo & voluntate de- ferent.

1128.

ferentis constet. Ad præstationem verò ne quidem eo jure
verbis opus est; quia etiam mutus & qui loqui nescit eviden-
tibus signis veritatem explicare potest.

V. Juramenti substantialis forma est invocatio Dei, quâ *Eius forma*
eundem, si se felli mus, adversus nos in periculum avittendæ *substantialis*
gratiæ Divinæ & æterni exitii provocamus. Deus per illud est *Invocatio*
invocandus, quia solus est omniscius ac solus omnipotens, qui *Dei*,
internas animi cogitationes solus scrutari ac solus vindicare
potest. Tantoque hinc religiosius ad jurandum acceden-
dum est, ne petulanter & impie periculum salutis nobis ac-
cessamus.

VI. Omni verò tempore & inter omnes ferè gentes tu-
lerunt Leges & mores, ut juramenta cum externa quadam fi-
gura & adhibitis quibusdam solennitatibus peracta fuerint.
Forma jura-
Apud Ethnicos à solenniter jurantibus Altare tangebatur,
menti acci-
cuius solennitatis meminit Virgilius Lib. 12. *Aeneid.*
densatio.

Tango aras, mediosq; ignes & Numina testor.

In ferendis quoque fœderibus Lapidès manu tenebant, uti de
fœdere jurato Romanorum & Carthaginensium tradit Po-
lyb. Lib. 3. *histor.* cuius verba cirat Petr. Gregor. Tholosan.
Syntagma. *Jur. Univ.* Lib. 50. cap. 8. n. 5. add. c. 10. C. 22. qv. 5.
De Indorum more hodierno jurandi vid. Gröben in der *Östl.*
näischen Reisebeschr. cap. 4. p. 33. & c. 5. in f. Apud Judæos
in juramentis tactus observatus fuit, veluti constat de Abra-
hamo jam morti vicino, qui à servo suo juramentum exige-
bat, manu sub fœmore suo posita, præstandum *Gen. 24. v. 2.*
seq. & de Josepho, qui pari ratione Jacobo jurabat *Gen. 47.*
v. 29. conf. Setser, de *Juram.* Lib. 1. c. 15. c. 12. Christianis
olim fuit solennitas, quod in templis vel S. Sanctis Oratoriis
certis & solennib[us] verbis ac tactis sacris scripturis jurarent.
L. 12. S. pen. C. de Reb. Cred. Nov. 74. c. 5. Nov. 123. c. 7. c. 13.
C. 2. qv. 4. c. 9. C. 1. qv. 7. quæ hodienum apud Pontificios

præ-

A 3

præsertim nondum ab usu recessit. Ex recentioribus moribus invaluit, ut mares erectis duobus prioribus digitis manus dextræ, foeminae vero apposita ad pectus dextra concebris certis verbis jurent Wesenb. in Parat. ff. sit. de jure jur. n. 6. Quibus accedit seria judicis admonitio de perjurio vitando, & si quæ aliae solennitates, quæ receptæ sunt.

Quare solennitates ex parte ad illud requiri, ita ut non valeat, si alia ratione juratum sit. VII. Cum his solemnitatibus præsticum juramentum dicendi consuevit solenne, corporale enim sacerdotaliter / Körperlicher leiblicher gelehrter Eyd/ quod coram judge in primis obtinatur. Verum omnes haec solennitates ad substantiam juramenti nihil faciunt, neque majorem vim eidem tribuunt, quæ sola in Invocatione Numinis Divini consistit. Jure saltē positivo addirēunt, ut hominibus majorem Religionem injiciant, quæ dum in sensu vehementius penetrant, etiam à perfidia illos magis abstrahunt Balduin de Casib. cons. Lib. 2. c. 9. Nos vero hic à consideratione harum solennitatum immunes præstabimur, qui de formulis juramentorum ex jure Naturæ deducendis occupati sumus, quod illas ignorat.

Ad eius religionem formula accommodetur ad religionem illius, quam circa Deum foveat, qui jurare debet. VIII. Præcipuum Juris Naturæ dictamen est, ut juramenti formula accommodetur ad religionem illius, quam circa Deum foveat, qui jurare debet. Cum enim per juramentum gloria tribuenda Deo omniscientiæ ac omnipotentiæ, & idem ob perjurium metuendus ut gravissimus vindicta frustra quis jurando adigitur per Deum, quem non veneratur, adeoque nec metuit. At nemo per Deum jurare se putat sub alia formula, aut sub alio nomine, quam quod suæ i. e. ex opinione jurantis veræ religionis præceptis continetur.

Formula juramentorum certæ, ut constet verè juratum esse, quædam vero dubia, quæ indagationem requirunt, an sub illis juratum sit. IX. Sunt vero Juramentorum formulæ quædam adductæ, ut constet verè juratum esse, quædam vero dubia, quæ indagationem requirunt, an sub illis juratum sit. Ceterarum

1127.

tarum species est & quod reverâ juramentum præstatum sit,
fidicatur: ita me Deus adjuvet, Deus me perdat, Deus sit iessis,
Deus sit vindex. H. Grot. de Jure B. & P. L. 2. 6. 13. §. 11.
Sed de his, cum extra aleam dubitationis sint, hic nobis ser-
mo non erit, saltem de illis hic tractandum veriet, quæ an ju-
ramentum inducant, dubitationem quandam parvunt.

X. Ergo si juraturus, intentione & animo ad jurandum *An inferius*
accedens, non aliis verbis conceptis utatur, quam verbo: *Ego juro. Ver-*
juro, quia invocationem Nominis Divini non præ se fert, du-*ba Ego juro.*
bium excitat, an juramentum sit? sed tamen esse tale evinci-
tur, quia actus Deum invocandi momentaneus est, qui amba-
gibus non indiget Dn. Beermann. *Conspic. Polit. cap. 6. p. 28.*
Juramentis insuper simplicitas maxime conveniens, dum
nobis cum Deo negotium sit, qui Ens est simplicissimum.

XI. Non juratum est ab eo, qui verba protulit: *Hoc fa-*
ciam, Deus me adjuvet, aut si *Deus me adjuvet*, quia ad jura-*factam Deus*
mentū non quælibet invocatio Dei sufficit, sed, ut sub ea *Deus me adjuvet.*
tanquam vindex & ulti perfidiaz invocetur, requiritur. Vo-
tum istiusmodi verbis conceptum esse constat, quod à jura-
mento ita differt, quod homo per votum Deo aliquid obser-
vandum promittat, & propterea ejus obligatio ex fidelitate
per promissionem Deo factam descendat; per juramentum
verò, quâ tale Deo nihil, sed saltem nomen ejus ad promissio-
nem confirmandam assumat & invocet, adeoque nec obliga-
tus fiat ex quadam fidelitate, sed solum reverentia Divini
Nominis, quam homo ipsi exhibere tenetur vid. Laymann.
Theol. moral. Lib. 3. sis. 4. 3. 2. n. 1. Franzk. Lib. 2. Resol. 1.

n. 24.

XII. Per animam suam qui jurat: *bey meiner Seelen/ bey*
meiner Seelen Seligkeit. Item ich wil nicht in Gottes Reich *an veron-*
kommen/ sein Angesicht nicht schauen. Si fiat deliberatō, & talum dicta
res exigat juratam fidem, verâ formulâ juravit, quia in vin-
dicem animæ directè Deum invocat, à quo salus animæ &
reliqua

reliqua hæc beneficia dependent, quibus ipse solus tanquam omnipotens judex jurantem private potest 2. ad Cor. 2. v. 1. L. 33. ff. de Jurejur Amelius de Consc. cap. 22. n. 15. Nec morum moralis ratio, jacturam animæ provocari, quam nemo cupit. Nam nulla hic injuria aut animæ jactura à juramento metuenda, sed à perjurio, quod qui committit, ultrices Dei flamas expedit.

An assertio XIII. Juramentum non esse assertionem per Evangelia factam, quin illam peccatum involvere, aliqui existimant. *per Evange-*

sia. Setser. de juram. L. i. c. 15. n. 38. Baldwin. de Cas Consc. c. o. ad f. 17.

Non putamus sententiam hanc veram esse, quia hoc casu Evangelium tanquam medium & instrumentum salutis indigitatur, & cum Deo principali causa conjungitur. Evangelio enim difertè vis salvifica tribuitur ad Rom. 1. v. 18. I. Cor. 1. v. 18. & per formulam ejus hoc sensu juratur, quod si jurans fallat, nec Deum velit habere propitium, nec Evangelium Organum suæ salutis. Quo circa & pasim in Imperio apud illos qui superstitioni Pontificiæ dudum validixerunt, formula illa jurandi: Als mir Gott helfe und sein usque 85. sancta retinetur,

An que loco XIV. Aequè asseverationem loco juramenti factam quoniam juramenti factam

Gydesstatt naturam juramenti non habere putant aliqui, sed tantum esse majorem & firmiorem aliis promissionem. Verius est etiam huic assertioni vim juramenti non deesse, quia mens utriusque est tam promittentis quam stipulantis, ut sit pro juramento, qui promisso volebant addi firmiorem fidem. Mev. P. 1. Dec. 146. Wurmser Exerc. Academ. 8. qu. 8.

An per verbum externe XV. Verba in enuntiationis confirmationem prolatas Dei filium, Patris verbum consubstantiale vulgo intelliguntur.

beym Wort der ewigen Warheit quo verbo æternæ veritatis

veritatis videt omni sacerdoti & populo quod dicitur

et apostoli

1128-

JURAMENTORUM FORMULIS.

7

8

gunt, Joh. 1. v. 1. verum juramentum sapere, prorsus dubio caret, adeò ut absque nota impietatis & illæz conscientiæ ejusmodi promissioni nemo contravenire queat. Nihilominus quia absque solennitate verborum ista enuntiatio facta, virtutem juramenti ei quidam denegant vid. Layman d. L. Lib. 4. tit. 3. c. 2. Quibus tamen satisfacit, quod non ritus solennes ac ceremoniæ, sed obtestatio Numinis Divini vinculum juranti injiciat.

XVI. Assertiones: *Bey meinem guten und reinen Ge. An alle gra-
wissen/ auß mein Blut/it. ich nehme es auß mein Heimfarth/ves afferre.
will darauff Leben und Sterben / nehme es auß mein Christli. me-
ches Gewissen/ item ich will darauff das Heilige Abendmahl
nehmen / formulas esse in quibus tantum vehementes obte-
stationes ponuntur, non verdjuramentum continetur, quia
nominis Dei neque explicitè neque implicitè fit invocatio
non pauci statuunt vid Gerhard Loc Theol. tom. 2. de Leg.
moral. §. 119. Lauterb. de Juram. th. 23. Existimamus in foro
conscientiæ ex his formulis aliquem æquè ac ex alio jurame-
to obligari, quia illis unicè provocatur ad eum, qui conscienc-
tias novit, illisque dominatur, quique solus vitam & mor-
tem in arbitrio habet. Nam cum per istiusmodi obtestatio-
nes obsignatur res, neminem alium bonz conscientiæ testem
producere possumus, quam Deum, & neminem pravæ con-
scientiæ vindicem habere, quam eundem, quod in quovis
juramento obtinet. Ut tamen, ratione fidei quoad forum
externum, personæ vitam ante actam probè exploremus,
nam facinorosus ex illis formulis nulla fides dari potest, ac il-
lis qui in agone mortis cum anima agunt, & talia enunci-
ant Brunn. ad L. 6. C. de Probat. n. 11. seqq.*

XVII. In foro humano, si illustres personæ promiserint per verba *An si perso-
ben Fürstlichen/Gräflichen/Herrlichen oder Adelichen Ehren und Treu/na illustres
juramento æquipollentem promissionem præstatam esse, passim con promiserint
stat, Accedit his promissionibus virtus juramenti ideo, quia ha per sub fide.*

B

sonæ

sonae nihil honestius reputant, quam quo majori fide fulgeant, unde illam etiam in praesenti negotio exuberare, ista assertione indicant. Verum inspecta formulâ, à qua omnis efficacia juramenti provenit, & qua in rem sacram concepta esse debet, appetat prolationi talium verborum non inesse juramentum, unde ita dicens, sed non promissum servans, etiam perjurus non erit. Et quamvis sub fidei interpositione, etiam nomen Dei implicitè invocetur, hoc tamen de fide salvifica tantum obtinet, non de politica, qua hic saltē interponitur.

An per creaturas jurare formulas vim juramenti nullam habere, quando juramus per creaturas litteras.

XVIII. Cum supra Deum nihil sit majus, satis liquet omnes illas

Angelos, cœlum, terram & alias ut olim veteres de quibus Juvenal. Sa-

tyr. 13. v. 78 seqq.

*Per solis radios, Tropojaque fulmina jurat;
Per Mariū framam & Cyrrhei spicula vatis
Per calamos venatrixe, pharetramque pueræ
Perque iusum, Pater Ægi Neptune, tridentem
Addit & Herculeos, arcu hastamque Minerva,
Quicquid habent telorum armamentorum eeti.*

Add. N. 58. P. 3. & Martial. Lib. 8. Epig. 81. Quando vero Socrates jurabat per canem, anserem & alias res vilissimas, non jurabat per eos ut deos, sed ne per deos juraret, & ut exprobareret gentibus pravum illum morem, quo juramentum iu ornamentum & supplementum sermonis velut adhibebant Pufend. de J. N. & G. L. 4. c. 2. §. 3. Eoque simul patet nec execrationes, quibus rem nobis charissimam devovemus, ut liberos, cognatos, patriam esse juramentum, quia saltē testamur, nos in fidem data tām certō permanfuros, quā omnīnd desideramus viram & salutem Patria ac propinquorum salvam esse Dn. Vitriar Insit. Jur. Nat. &

Gens. L. 2. cap. 13. qv. 18. Henniges. ad Grot. L. 2. c. 13. §. 11.

An per salutem Principis sem Principe.

XIX. Per Principis salutem juratum fuisse profiant fidelium exempla, nam Josephus jurat per Pharaonem Genes. c. 42. v. 15. David per animam amici sui Jonathan 1. Sam 20. 3. add. 2 Sam. 14. 19. &c. 25. 21. Et Ius Romanum quoque meminuit hujus formula, quando Imp. Arcadius & Honorius violentem transactionem per salutem Principis solidatam jubent punire in L. Si quis major. 41. C. de Translat. ias. Verum adhuc ista formula procul est à vero juramento, quod species cultus divini esse debet. Ideoque nec illa exempla ex Sacris pectorata speciem juramenti referunt, sed tantum obtestationis, in qua per-

com-

1129.

8

comparationem quandam gratissima personæ contestati , ut vita Pha-
raonis aut salus Principis ipsis fuit cordi, ita cura cordique illis quoque
esse veritatem illa re dicendi Osiand. ad Grot. d. l. s. 11. verb. Sic Jo-
sephus. Ab aliis verò gentibus hic mos servatus, quod multo serio aut
falem per adulacionem voluerint videri se Principis salutem propriæ
antes ferre, adeoque majori religione inducere, iram deorum in istius quam
proprium caput devovere Pufend. d. l.

XX. Gentilibus olim usitatum fuisse, jurare per genium Principis. *Per Genium*
pis i.e. fictitium Numen Principis, Christianos autem in hanc formulam *Principis jura-*
nunquam induci potuisse constat ex Tertull. c. 32. *Apologer.* Euseb. 3. rare prohi-
Hift. Eccles. 14. quia fuit idolatria species jurare per istum genium, *bitum.*
tanquam divinitatis participem , & proiade occulorum testem ac
fraudis vindicem. Neque contrarium hujus probare videtur Jus Roma-
num in L. 13. §. fin. ff. de Jurejur sed tantum servare juber id quod ita
juratum ob opinionem jurantis, qui dum quantum in ipso fuit, verè ju-
rare voluit, ut hinc non aliter, ac si verè jurasset, eum obligatum jubeat
Mollenbec *Diss. de Genio. Princip. aph. 13.*

XXI. Utrum tamen ille, qui falsos Deos pro vero colit , & jurat *An si per fal-*
per Jovem, Saturnum, Martem &c. tanquam ex vero juramento obli-sos deos jura-
getur, disquiritur? dubitandi causa est, quod istud non sit propriè *jura tum, si ve-*
mentum, unde non entis nulla possunt esse affectiones. Verum quia rum jura-
errores quoque conscientia obligat, nihilominus istud juramentum *mennum.*
erit obligatorium, & secus faciens perjurium committeret. Sub quoquaque
enim speciali conceptu habuit talis jurans generalem Dei cognitionem
ante oculos, adeoque dum sciens pejeravit, Divina Majestatis reveren-
tiam, quantum in se, violavit. Et verus Deus illud perjurium in sui injuri-
am id factum interpretatur Grot. de Jure B. & P. L. 2. c. 13. §. 12.

XXII. Unde fluit si Christianus cum gentili tractat magnum ne-
gotium, quod juramentum à Gentili exigit, posse illum salva consciencie *An gentilem*
ita jurantem *itajurantem* id sub ista formula admittere. Evidem conductibilis est, ut Chri- *Christianus*
stianus sub generali invocatione Creatoris cœli & terræ , quem gen' *admittere*
tiles etiam ex Lumine rationis agnoscunt, deferat gentili juramentum *possit.*
Duncte de Casib. conse. cap. 10. sett. 1. qu. 52. at si ita jurare nolit, acci-
piat Christianus juramentum quale habere poterit, vid. supra §. 8. Alio-
quin eveniret, ut jurantes per verum Deum in quem non credunt, faci-
lius fallerent, quam si jurant per id quod credunt, Deum c. 16. in f.
C. 22. qu. 1. Osiander Theol. Cas p. 1033. Vitriar c. 1. qu. 20. Ex quibus
B. 3. *ea.*

causis non dubitat Romanus Imperator admittere Turcam jurantem per Mshumedem in foedus contractum. Speidel Specul. voc. Bündnis.

*Quæ verba
non inferantur
juramen-
tum?*

XXXIII. Omni caret dubio, non esse juramentum exortationes, quibus quis dira mala imprecatur in vitam aut famam suam, quia detinuntur obtestationes Numinis. Hinc si puella dicat: nisi tibi nupero, Diabolus me abripiat, juramentum non erit Franzl ad ff. tit. de jure n. 33. Nec erit, si dicunt: nisi hoc servavero ich wiil nichts Wirth seyn, ich wiil ein Schelm seyn Lauterb. Comp. J. Rom p. 174. Verba omnia alioquin juratoria, sed ex prava coniunctudine aut ira prolate, juramentum non sunt, sed iuxta illud ex Euripide desumptum,

Jurata lingua est, mente jura vi nibil.

Omnis iudicem verba aut saltem enuntiativæ, aut per jocum prolate, aut quibus quis alteri juraturo prætit sine intentione jurandi, juramentum non inferunt Kulpis. Coll. Grot. Exerc. 7. ib. 1.

*Effectum Ju-
ramenti.*

XXIV. Quacunque verò formula juraverit quis, si verum juramentum contineat, et si fortè in foro humano excusationem præbeat, vim ratiæ omnem in conscientia obtinet, si non evadat vinculum iniquitatis c. 18, X. de Jurej. c. 2. de Pass. in 6. Ea est ut ex solvamus obligationem Deo & hominibus quaestiam, & sentiamus, alioquin ex perjurio commissio adversus nos divinam vindictam paratam fore Amel. de Conf. lib. 4. c. 22. n. 27. Tholoian Syntagma Jur Univ. Lib. 50. cap. 7.

Contra illud

opus relaxa-

mentum impedit, jurantem superior absolut ab illo. Sed solus hic, non privatus vinculum jurantis relaxare poterit; quod quia is summam potestatem habet in ejus personam, sic & in ejus verba & obligatio-

nem ex juramento ortam. Post hanc relaxationem non amplius

periculum perjurii timendum erit, cum à jurante approbatio superioris

tanquam conditio supposita. Imò nec ipse superior, rescindendo jura-

mentum peccati noram contrahet, qui jure suo uitur, non conce-

dendo, ut actu jurantis potestas sua aliquid detrimenti capiat Pufend.

L. 4. c. 2. §. 14. Less. de J. & I. L. 2. c. 42. Dub. 12.

*Maledicta
nouissim
punia.*

XXVI. Quibus autem verbis non juratum, sed quæ solo sensu-
nuntiativo, aut ex mala consuetudine prolate, ut sunt maledicta, et si
vim juramenti non contrahunt, in grave tamen peccatum cedunt, quia
Nomen Dei in vanum assumitur, & non relinquit impunem Jehovah
eum, qui nomen ejus parum reverenter usus pavit Exod. 20. v. 7. Denli.
§. v. 12.

T A N T U M.

ULB Halle
004 821 785

3



561

V317





Farbkarte #13

B.I.G

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

DE
**QUBIIS JURA.
MENTORUM FOR-
MULIS,**

Ex Principiis Juris Naturæ
SUB PRÆSIDIO

DN. SAMUELIS FRIDERICI
WILLENBERG/

J. U. D. Ejusdem ac Historiar. Prof. Publ.
& Athenæi Inspectoris,

Fautoris & Studiorum Promotoris æternum
colendi

ad d. III. Aug. A. O. R. M. DCCII. Hor. X.

In

Auditorio Anatomico

differet

GOTTLIEBUS SCHELGUIGIUS,
Gedanensis.

G E D A N I,
Typis JOHANNIS ZACHARIAE STOLLII.
VII.

8
1124.
17.02.4.